AUGUSTINUS
Italien, Wende 11./12. Jh. Seite 121r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1547
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Qua ꝓpter sicut ea que
aut oculis· aut ullo alio
corporis sensu requiruntur·
ipsa mens querit· ipsa enim
etiam sensum carnis in-
tendit· Tunc autem inuenit·
cum in ea que requiruntur·
id est sensus uenit· Sic alia
que non corporeo sensu
inter nuntio· sed ꝑ ipsam
nosse debet· Cum in ea
uenit· aut in supiori sub-
stantia· id est in deo· aut in
ceteris anime partibus· sicut
de ipsis imaginibus corporum
cum iudicat· intus enim
in anima eas inuenit ꝑ
corpus impressas·

Quod mens nosse se querit
nichil corporeum debeat
cogitare·

Ergo
se ipsam quemadmodum
querat ut inueniat· miralis
questio est quo tendat ut
querat· aut quo uenit ut
inueniat· Quid enim tam
in mente quam mens est· Sed
quia in his est que cum a-
more cogitat sensibilibus·
aut id est corporalibus cum
amore eas sue facta est non
ualet sine imaginibus eorum
esse in semetipsa· Hinc ei
oboritur erroris dedecus·
dum rerum sensarum imagi-
nes se cernere a se non potest·
ut se solum uideat· Co-
hereunt enim mirabiliter
glutine amare· et hec est
eius immunditia· quoniam dum
se solam nititur cogitare
hoc se putat esse que sine
se non potest cogitare·
Cum igitur ei precipitur·
ut se ipsam cognoscat·
Non se tamquam sibi de-
tracta sit querat· sed id
quod sibi addidit detra-
hat· Interior est enim non solum
quam ista sensibilia que
manifeste foris sunt· sed
etiam quam imagines eorum
que in parte quodam sunt
anime quam habent· Cum
ergo sit mens interior quo-
dam modo erit a semetipsa·
cum in hec quasi uestigia
multarum intentionum ex-
erit amoris affectum· Que
uestigia tam quam in pri-
mitur memorie· quando hec
que foris sunt corporalia
sentiuntur· Ut etiam cum
absint ista presto sint·
tamen imagines eorum co-
gitantibus· Cognoscat ergo